

GIFTBRIEF

VAN

KEIZER KAREL V,

AAN

VIGLIUS AB AYTTA,

1 MAART 1544¹.

CAROLUS QUINTUS.

Divina Favente Clementia Romanorum Imperator Augustus, ac Rex Germaniae, Hispaniarum, utriusq;

¹ Dit Diploma, op pergament geschreven, waarbij VIGLIUS AB AYTTA, en zijne nakomelingen, tot *Comites Palatini*, met de daaraan verbondene regten, werden verheven, en aan VIGLIUS, bovendien tot *Eques auratus* verheven, verschillende voorregten worden toegekend, getuigt van de hooge gunst en achting, waarin VIGLIUS bij Keizer KAREL den vijfden stond. Jr. J. M. VAN BEYMA THOE KINGMA, Grietman van *Franekerudeel*, onder wien hetzelfde berust, stond het afdrukken van hetzelfde in dit tijdschrift goedgunstig toe, nadat Jr. Mr. S. W. H. A. VAN BEYMA THOE KINGMA deszelfs hoofdzakelijken inhoud, in de winteravondvergadering van het Friesch Genootschap, van den 4 Januarij 1844, had medegedeeld, en van aanmerkingen voorzien, waaraan de hier bijgevoegde aanteeeningen zijn ontleend.

J. D.

Siciliae, Hierusalem, Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Insularum Balearium, Sardiniae, Fortunatarum & Indiarum, ac Terrae firmæ maris Oceani ꝑ̄. Archidux Austriae, Dux Burgundiae, Lothrici, Brabantiae, Limburgiae, Luxemburgiae, Gelriae, Wiertembergæ, ꝑ̄. Comes Habsburgi, Flandriae, Tyrolis, Arthesiae et Burgundiae, Palatinus Hannoniae, Hollandiae, Zelandiae, Ferreti, Kiburgi, Namurci et Zutphaniae, Landtgravius Alsatiae, Marchio Burgoniae, & sacri Romani Imperii ꝑ̄. Princeps Sueviae, ꝑ̄. Dominus Frisiae, Molinae, Salinarae, Tripolis et Meclinae ꝑ̄. Spectabili Doctro nro et Imperii Sacri fidei dilecto Viglio Zuichemo, Juris Utriusq; Doctori, Consilario nro, ac sacri Lateranen' Palatii Aulaeq; nostrae, & Imperialis Consistorii Comiti, gratiam nram Caesaream, et omne bonum. Quum Caesarea Majestas ab Deo reru omni-um Conditore prae caeteris mortalibus eminentiore loco constituta, cunctos splendoris sui radiis illustret, tum ita quoq; vicissim quam maxime ipsa decorari videtur si in dignos beneque meritos gratiam suam exerceat. Ea quippe via plerosq; Romanorum Imperatores, Praedecessores ntros, Immortalitate adeptos fuisse cognovimus, dum tamquam in specula Romani Imperii culmine constituti, circumquaq; aciem dirigentes, quos digne id promereri animadverterunt, eos singularibus favoribus, beneficiisq; sunt prosequuti. Nos itaq; eoru vestigia summopere insequi nitentes, eos magis atq; magis extollere cupimus, quos non solu praecipuis virtutum insignibus, facundia, industria, ingenio, prudentia et dexteritate, Deus Opt, Max, decoravit, sed etiam qui fide, observantia, continuo studio, labore et vigi-

lantia, aliquid erga nos et sacrum Romanū Imperium promereri meditantur; Qua propter suspicientes egregias animi tui dotes insignemq3 doctrinam, et praecipue peritiam utriusq3 juris cum multarū rerū cognitione conjunctam, Quam tumq3 nobis & sacro Romano Imperio, nostrisque Domibus Austriae & Burgundiae deditus sis perpetuoq3 fueris, Perpendentes quoq3 fidelia, et grata servitia, quae longo tempore in imperialis nro, Camerae Consistorio (ubi non sine laude Assessor aliquot annis fuisti), praemultis aliis diligenter, et incorrupte, uti accepimus, & alibi quoq3 in nostris rebus, et negotiis praestitisti, quantumq3 laboris ac molestiarū, tam in diversis legationibus nro, ac Sermae Principis Dominae Mariae Hungariae et Bohemiae Reginae viduae sororis nrae clamae, pro nobis in Inferiori Germania Regentis nomine susceptis feliciterq3 impletis, q3 etiam in Secreto, magnoq3 Consilio Ditionū nostrarū haereditariarū inferioris Germaniae, nec non etiam in pntiarum in Aula nra consultationibus & responsis, expeditionibusq3 et censuris literarū, & rerū sacrum imperiū haereditariaq3 nra Regna, et Ditiones concernentiū nobis inserviens exhausers atq3 in hodiernū diem impigre et fideliter obeas, jure ingrati censeri possemus, si te aliquo peculiaris ornamenti dono non decoraremus, quo videlicet et posteritas tua eo illecta, pares in futurum virtutes hoc alacrius edere studeat, quod te ex nro Caesareae munificentiae Armario non nihil muneris tantis meritis dignū viderit assequutum. Igitur motu proprio, animo deliberato, sano quoq3 Principū, Comitū, et Baronū nostrorum ac Imperii Sacri fidelium dilectorum accedente consilio, non per errorem aut

f. n.

improvide, sed ex certa nra scientia, et de Imperiali plenitudine potestatis, te praenominatū Vigiliū et meritis id tuis exigentibus, filios tuos ex legitimo matrimonio procreandos, et qui aut Canonū sacrorū aut legum Doctores fuerint, aut utriusq̄, facimus, attollimus, nobilitamus, et creamus conjunctim et divisim Comitern, et Comites, Imperialem, et Imperiales, Palatinū, et Palatinos², ac Sacri Palatii, Aulaeq̄ nostrae Palatina dignitate, et Comitatu perpetuo insignimus Decernentes, et hoc Imperiali aedicto statuentes, quod tu, et filii, ut supra, Utriusq̄, aut alterius dictorū juriū Doctores

² Vergelijk dergelijke giftbrieven bij THOMAS DE ROUCK, *De Nederl. Herald., Amst.* 1645, p. 206 en volgende, mede door Keizer KAREL V afgegeven, waarin de adel dom uitdrukkelijk *erfelijk* wordt verklaard. De titel van *Comes Palatinus* was een persoonlijke eer en waardigheid, en niet erfelijk, ten zij zulks bij het diploma, zoo als hier, er bij geschonken werd. Werden onadelijken *Comites Palatini*, zoo werden zij te gelijk tot de ridderslike waardigheid (dignitas equestris) verheven. Zie MATTHAEUS, *De Nobilitate*, lib. IV, cap. II, p. 917. Zulks was ook het geval met VIGLIUS, die nergens in dit stuk *nobilis*, maar wel *spectabilis*, genoemd wordt, en door zijne verheffing tot *Equus auratus*, de *dignitas equestris* bekwam. Volgens CALVINUS, *Lexicon Magnum, Genavae*, 1689, was een *Equus auratus* dat, wat wij een *Ridder* noemen. » De Ridders » zegt hij, » onderscheiden zich van » den overigen adel, door het dragen van *gouden* sporen. » De *Comites Palatini* waren oorspronkelijk hofbeambten, die in *palatio*, den persoon des Vorsten ten dienste stonden. Later werd deze eertitel, zonder eenige ambtsbediening of inkomen, ook aan hen, die het hof niet volgden, verlcend. HOYNCK VAN PAPENDRECHT, *Annal. Belg.*, I, p. 159. DU CANGE, *Glossarium*, in voce.

aut Licentiati facti realiter, et cum effectu uti, frui, et gaudere possitis, et debeatis Universis et singulis privilegiis, juribus, immunitatibus, exemptionibus, honoribus, Consuetudinibus, favoribus, praeeminentis et praerogativis quibuscunq̄, quibus Sacri nri Palatii Comites de jure, vel consuetudine Usi sunt, Utuntur, fruuntur, & in futurum fruuntur, Quinimo cum q̄ plurimis hmoi Comitatus dignitas indulta sit ut tu, et filii tui, non gregarius, aut gregarii, sed prae caeteris eximius habearis, et egregius, et ipsi eximii habeantur, et egregii, praemissorum intuitu volumus, et decernimus, te et ipsos quibuscunq̄ aliis nris Comitibus Palatinis praefereandos, ac quoscunq̄ a te vel filiis in altero doctorum Jurium Pontificio, aut Caesareo Licentiatis, aut Doctoribus constitutis, vigore patris Privilegii creatione, legitimatione, dignitate, officio, munere, seu aliqua collatione, praerogativa, vel actu habilitatos, restitutos, decoratos, aut munitos, praeponeandos esse, quibuscunq̄ ab aliis nris Comitibus Palatinis legitimatis, restitutis, dignitate aliqua, vel officio, aut praerogativa insignitis, seu decoratis, non secus ac si praemissis vel aliquo eorum a nobis immediate insigniti, et donati essent, Imprimis dantes, et concedentes tibi et filiis tuis, ut supra constitutis, ut nro nomine et vice possis, et valeas, & ipsi possint et valeant facere, creare et constituere Tabelliones, sive Notarios publicos³, nec non iudices chartularios, et delegatos, ac universis et singulis personis, quae habiles et idoneae fuerint (super quo conscientias vras oneramus)

³ Dit regt om Notarissen en Regters aan te stellen,

Notariatus, ac judicatus ordinarij officij concedere, dare atq; ipsos, et quemlibet ipsorū auctoritate Imperij per pennam, et calamariū, prout moris est, de hmoi beneficiis investire, Dum tamen ab ipsis Notariis, et judicibus ordinariis, seu Delegatis per te, et filios tuos praefatos creandis & a quolibet eorū vice, et nomine sacri Imperij, et pro ipso Imperio debitū fidelitatis corporale, et proprium juramentū recipiatis in hunc modū videlicet, Quod erunt nobis, et sacro Romano Imperio, & omnibus successoribus nr̄is, Romanorū Imperatoribus, et Regibus legitime intrantibus fideles, Nec unquq; erunt in consilio, ubi nr̄um periculū tradetur, sed bonum, et salutem Imperij defendent, et procurabunt. Damna nr̄a pro sua possibilitate vitabunt, & avertent. Praeterea instrumenta tam publica q; privata, ultimas voluntates, Codicillos, Testamenta & quaecunq; alia scribenda, et omnia judiciorum acta, quae scribenda occurrerint, vel facienda, juste, pure, fideliter, sine dolo, falsitate, et machinatione aliqua, scribent, legent, et facient; semotis odio, amicitia, pecunia, munere, & quolibet alia humana gratia, vel passione, vel favore, Scripturas per ipsos in publica forma redigendas, in membranis non abrasis, nec in papiro scribent; Causas Hospitalium, et miserabiliū personarū legitime, & favorabiliter movebunt, & eas pie, & mise-

werd ook aan GASPAR VAN DER PERRE, den 3 Julij 1556, toegestaan. Zie DE ROUCK, l. l. Doch het werd niet altijd en uit gewoonte toegekend, zoo als blijkt uit een ander diploma, aldaar aan JOANNES VELTHYM, den 31 October 1530, gegeven.

ricorditer tractabunt, sententias & attestaciones, donec fuerint publicatae, secrete, et fideliter sub-
 ticebunt, ac omnia et singula ad eorū officium
 spectantia, legitime, recte et fideliter exercebunt.
 Qui quidem Notarii, Tabelliones, et Judices ordi-
 narii, et Delegati per te, et filios tuos ut supra
 creati, et creandi possint ubiq̄, et maxime per totum
 Romanum Imperiū facere, scribere et publicare quas-
 cunq̄ scripturas publicas, quoscunq̄ Contractus,
 Instrumenta, acta Judiciaria, Testamenta, Codi-
 cillos, et quascunq̄ ultimas voluntates, Decreta,
 et auctoritates interponere, et quaecunq̄ alia officia
 publica, tanq̄ publici, et legitimi iudices, et No-
 tarii exercere, et caetera omnia facere, quae ad
 dicta officia pertinere noscuntur. Et si aliquem vel
 aliquos in dicto officio ignaros, aut delinquentes
 inveneris aut invenerint, debes vel debent ipsos ab
 officio suspendere, et cum causae cognitione pu-
 nire. Et si rebelles, aut inobedientes tibi, aut vobis
 fuerint, tales nobis, aut n̄ris Successoribus, et
 Locum tenentibus denunciare, ut iuxta qualitatem
 delicti puniantur. **INSUPER** tibi & filiis tuis praedic-
 tis Licentiatas, aut Doctoribus ut supra ex certa
 scientia, et animo deliberato, et spontaneo motu
 de plenissima culminis n̄ri potestate concedimus,
 largimur, et volumus, quod tu & filii tui, ut supra
 possis, et possint legitimare, habilitare, ad pristina,
 et legitima Natalia, et jura restituere, nec non etiam
 in patriam potestatem reducere quoscunq̄ etiam
 Nobiles (Principum, Comitū ac Baronū duntaxat filiis
 exceptis), Naturales, Spurios, Incestuosos, Sacrilegos,
 adulterinos, nepharios, manseres, nothos, masculos,
 sive feminas, quocunq̄ nomine censeantur, et quos-

cunq̄ nataliū defectus patientes, etiam si plures sint & omnes, & quicunq̄ nativitatis defectus quomodo cunq̄, et qualitercunq̄ in legitimandi persona simul concurrerent, & illos reducere ad pristinū statum naturae, quo omnes legitimi nascebantur, siue legitimandi p̄ntes sint siue absentes, ita etiam ut sufficiat Procurator, vel Nuncius habens ad hoc speciale mandatū, ab ipsis legitimandis vel eorū parentibus ipsosq̄ legitimandos ad legitima jura reducere, & restituere, et omnem notam, maculam et infamiam geniturae abstergere, et abolere valeas, et valeant, ac si ex vero et legitimo matrimonio concepti, procreati, et nati essent, ut inde omne jus in omnibus, et per omnia omnino consequantur ac si n̄ro proprio verbo ac manu forent immediate legitimi Qui per te, aut filios tuos supradictos legitimi, semper et in perpetuum ad omnes honores, dignitates, munera, vassalagia, feuda, ac quaecunq̄ alia privilegia, substitutiones, praeeminentias, judicia, officia, beneficia, et statutorū municipalium gratias, electiones, gradus et status, ac ad omnes et quoscunq̄ alios similes, vel dissimiles, ac maiores actus admitti possint et capaces sint, ac si de legitimo matrimonio concepti, et nati essent, etiam si essent talia jura, vel actus, qui expressam, et specialem mentionem requirerent, quos pro expressis, et de verbo ad verbū specificatis haberi volumus, Dum tamen ad successionē cum filiis naturalibus, et Legitimis, ac caeteris etiam descendantibus aequis portionibus, aut in fraudem vel diminutionē eorū legitime nullatenus admittantur: Quae omnia immediate supradicta observari volumus, nulla lege comūni, vel spe-

ciali obstante, aut feudali, etiam si de ipsis singularis, et specifica mentio sit facienda, cui, et quibus hic expresse derogamus, ac si de ipsa esset de verbo ad verbū singularis, et expressa mentio habita, Dictiqꝫ per te, et filios tuos legitimati de agnatione, familia, domo, stirpe, et casata parentum suorum sint, et habeantur ac Arma, et insignia eorum portare possint, et eis uti pro libito voluntatis valeant, ac etiam efficiantur Nobiles, si parentes illorum Nobiles fuerint, absqꝫ tamen praejudicio haeredū legitimorum. ALIOS vero ex legitimo matrimonio procreatos plebeios, seu ignobiles, ingenuos tamen, aut libertinos, quos virtus, & merita commendant, possis, et valeas tu praefate Vigli auctoritate & potestate nra Nobilitare, et sacri Imperii Nobiles erigere, creare, facere, ordinare, et instituire, ac Nobilitatis nomine et ordine, gradu, fascibus, et titulis insignire, eosqꝫ juxta qualitatem humanae conditionis Nobiles dicere, et nominare, eisqꝫ, et aliis etiam honestis personis insignia, seu Arma concedere, et largiri idonea, & convenientia qualitati personae, sic ut praemittitur per te nobilitata aut decorata, quod ex tuo iudicio, et arbitrio dependere volumus, Duodo, in hmoi Armorū concessionem abstinenceas ne alicui integram Aquilam maxime imperialem concedas aut avita quorūvis Principū, Comitū, Barōnū, et Procerū Arma seu insignia praecise elargiaris, Qui quidem sic per te Nobiles creati, facti, et instituti, aut Armis decorati, pro talibus sic veris Nobilibus, et Armis decoratis ab universis et singulis cuiuscunqꝫ conditionis, praeminentiae, status, et dignitatis, etiam Regalis, Ducalis, aut, Pontificalis existant, haberi, dici,

*

scribi, ei nominari debent ubiq; locorū et terrarū in iudicio, et extra, in rebus spiritualibus, et temporalibus, Ecclesiasticis, et prophanis quibuscunq;, etiam si tales forent, de quibus in p̄ntibus Iris nr̄is specialis mentio fieri deberet: in tantum quod in omnibus et per omnia in quibuscunq; actibus, negotiis, exercitiis, illis honoribus, dignitatibus, officiis, muneribus, praeeminentiis, libertatibus, privilegiis, gratiis, et indultis gaudere, uti & frui possent, et valeant, quibus caeteri nr̄i & sacri imperii ac quorūcunq; aliorū locorū, et terrarū, Nobiles ex quatuor Avis Nobilibus procreati, aut Armis decorati utuntur, et fruuntur, & ad quae admittuntur quomodolibet consuetudine vel de Jure. AD HAEC vero etiam fidelia, ac indefessa servitia tua quae in diversis legationibus, quas ad Serenum Regem Roman. Ferdinandum Fratru nr̄um Charissimum, ad amplissimos sacri Imperii Ordines Variosq; Principes et praesertim p̄ntis belli tempore, saepe non sine magno periculo pro nobis subiisti, perpendentes, quae sane nō minora extimare (existimare) debemus q̄ si in castris, ac acie insigne aliquod fortitudinis specimen aedendo praemiū, sive Coronam Militarem promeruisses, ideo te quoq; Militem seu Equitem auratū facimus constituimus, creamusq;, omnia tibi ornamenta, ac privilegia Equestris ordinis plenissimo jure attribuentes. Et qui plurimi diversarū, et praecipue Germanicae, Nationis nrae ingenui Tirones passim sub variis Ducibus exercitatissimis militent tibi pro peculiaris internae gratiae munere, facultatem, atq; omnimodam nr̄am potestatem damus et concedimus,

ut, vita tua durante, quos ex Tironibus, in bel-
 latores formandos, et Equestris ordinis ornamento
 dignos putaveris, possis nro nomine, et vice facere,
 constituere, et creare Milites sive Equites auratos,
 et Equestri dignitate insignire, et insignia, ut moris
 est conferendo Militaria condecorare ita quod a te
 creati Milites, sive Equites plenam potestatem ha-
 beant pannis, vestibus et calcaribus aureis utendi,
 Equestris ordinis locū, et praeminentiam tenendi
 ac caeteros actus Equestres faciendi ubiq; loco-
 rū, et terrarū, & ea omnia, et singula jura,
 privilegia, exemptiones, immunitates, honores, digni-
 tates, et praerogativas habeant, quibus utuntur,
 et gaudent alii Milites, et Equites manu et verbo
 nro immediate creati et tali dignitate decorati,
 Non obstantibus in contrariū facientibus quibus-
 cunq;. PRAETEREA te praenominatū Viglium in Cu-
 riales Aulicū & Familiarem nr̄um, et sacri Ro-
 mani imperii domesticū assumpsimus, et eligimus,
 et per p̄ntes assumimus, et eligimus, aliorumq;
 Familiarium Curialiu, & Aulicoru nr̄orum et Sacri
 Romani imperii numero, et consortio favorabi-
 liter aggregamus, Te una cum bonis omnibus tuis
 mobilibus, et immobilibus, locis, terris, juribus,
 possessionibus, domibus, familiaribus, colonis, et
 inquilinis, ac rebus tuis omnibus, ubivis locorū et
 terrarū constitutis, tam nunc possessis, q̄ in
 futurū acquirendis, et possidendis, in nr̄am et
 sacri Ro: imperii, & aliorū Regnorū, et Domi-
 niorū nr̄orum protectionem, tutionem et Salūgar-
 diam tenore p̄ntium recipimus et assumimus De-
 cernentes, et volentes, quod tam in Curia nr̄a, q̄

extra ubiqꝫ locorū per totū Romanū Imperiū omnibus et Singulis privilegiis, libertatibus, et immunitatibus, honoribus, gratiis, praeeminentiis, exemptionibus et indultis gaudere, et perfrui debeas quibus Sacri Familiares imperii, et Commensales nrae Imperialis Aulae nrorum successorū potiuntur & gaudent quo modolibet de jure, et consuetudine, impedimento, exceptione, et contradictione quacunqꝫ cessante, et non obstante; Mandantes, ut liber sis etiam, ab onere hospitandorum militū, ubicunqꝫ te habitare contigerit cum colonis et inquilinis tuis. Et quoniam juris Civilis professione in Gallicis Italicisqꝫ Gymnasiis clarū tibi nomen peperisti aeditisqꝫ in lucem literariis monumentis in perpetuū confirmasti, ac postea etiam in Ingoltadien Academia publicis Magistratibus Rectoratus, Decanatus, aliisqꝫ muneribus cū laude perfunctus fuisti, multisqꝫ annis ibidem in jure Civili publice ac ordinarie legendo multos doctrina et diligentia ad eruditionis frugem perduxisti, ac in Doctores promovisti, idcirco tibi quoqꝫ indulgemus ex scientia, animo, motu, et plenitudine quibus supra, ut possis et valeas Baccalau-reos, Magistros, Poetas, Laureatos et Licentiatos in omni facultate ac Doctores in Medicina, in Caesareo ac Pontificio jure, et sacra Theologia creare, promovere, ordinare, constituere, et facere, Adhibitis tamen in cuiuslibet licentiatī, vel Doctoris creatione Doctoribus eximiis de professione creandi ad mīaus tribus, qui Doctorandum vel Licentiandū examini subjiciant, et si quē idoneū, & sufficientem invenerint, et coprobaverint, tū au-

toritatem interponendo insignia ut moris est conferas ac Baccalaureatu, seu Magisterio, et laurea Poetica, vel Licentia, aut Doctoratu donato concedas, et des Potestatem legendi, docendi, glossandi, interpretandi, et caeteros actus Baccalaureatus, laurae Poeticae, Licentiae, Magistrales, ac Doctorales faciendi ubiq; locorū, ac ea omnia privilegia, jura, immunitates, exemptiones, honores, dignitates, et praeceminentias habeant, quibus caeteri utuntur & gaudent Baccalaurei, Licentiati, Magistri in Artibus, Poetae sive vates laureati, ac Doctores doctorati ~~in omni facultate~~, in Gymnasio Patavino, Bononiē, Papiē, Perusino, Parisiē, Lovaniē, aut Coloniē, et quolibet alio publico Gymnasio sive studio, Concedimus deniq; tibi Doctrinae, experientiae, et dexteritatis intuitu tuae ex autoritate, et potestate nra praedicta, ut possis, et valeas in omnibus locis nobis et sacro imperio subjectis, in omni facultate liberaliū Artium, utriusq; juris, Medicinae et Theologiae, ac Poetica legere, docere ac alios tibi placitos Doctores, et Magistros adjungere, ac omnes actus Scholasticos per te aut alios exercere, ac tu dictiq; Doctores, et Magistri, Doctoresq; Uri (vestri) omnibus privilegiis, et honoribus uti frui, et gaudere, quibus gaudent, utuntur fruuntur, et potiuntur supradictorū Gymnasiorū, et Universitatum Doctores lectores et eorū discipuli. INSUPER tibi concedimus, quod possis valeasq; filios familias cujuscunq; aetatis etiam infantes Emancipare, et à patria potestate liberare. Et veniam aetatis concedere, parentibus eorum pntibus, vel absentibus, ita ut procurator

specialis tam ex parentū parte, q̄ liberorū ad hoc sufficiat, Emancipationibus quibuslibet etiā infantiū, et Adolescentiu, et quorūcunq̄ Decretū et auctoritatem interponere, ipsis etiam Tutores, et Curatores dare, valeas etiam quibusuis concedere, posse aliquem sibi in filiū, vel filios Adoptare, & etiam Adoptare coram te dumodo super illis cum causae cognitione procedas & illa observes quae in h̄mōi Arrogatione jura Romana requirunt. Qui quidem tam adoptans q̄ adoptatus, et arrogatus auctoritate tua gaudere possit et valeat omnibus et singulis juribus, praerogativis, comodis, et utilitatibus quibus gaudent auctoritate n̄ra immediate tam adoptans, et arrogans q̄ adoptatus, et arrogatus. Tum quod possis quoq̄ servos manumittere, manumissione quacunq̄ cum vindicta vel sine, minorū quoq̄ alienationibus in rebus etiam immobilibus, et alimentorū transactionibus auctoritatem, et decretū interponere, Quod praeterea possis et valeas, minoribus et Ecclesiis laesis ex iusta causa, et altera parte ad id prius vocata, in integrū restitutionē concedere, Nec non quoscunq̄ infames tam de facto, q̄ de jure quomodocunq̄ restituere, ad fama q̄ rehabilitare, et totaliter ab eis infamiae maculam abstergere et in pristinū statum redigere, ita quod de caetero ad omnes et singulos actus legitimos tam judiciales q̄ extrajudiciales apti et idonei habeantur et promoveri possint. POSTREMO ne quoties p̄ntiū literarū concessionūq̄ n̄rarum beneficio tu liberive tui uti volueritis necesse habeatis originale hoc n̄rum Diploma producere, idcirco

volumus, ac ordinamus, ut inde plura exempla sub authentico alicuius Praelati Comit̄is, Baroni Magistratus, Provincialis, vel municipalis vel etiam alterius alicujus egregiae, et fide dignae personae sigillo transsumere seu transsumi facere possitis, quibus parem fidem in iudicio et extra iudiciū, et ubicunq; adhiberi volumus, ac si hae originales l̄rae producerentur; similiter etiam vobis permittent̄es, ut quoties hm̄oi gratia per nos concessa vos uti contigerit, non opus habeatis integrū p̄ntis Diplomatis tenorem n̄ris l̄ris quas desuper expederi feceritis ~~inserere sed articulu ad hoc pertinen-~~tem in ipsis commemorare vobis sufficiat CONFISI autem de ratione moderatione, et honestate cuiusvis praemissorū actus fiendi per te, tuosve filios habenda, quaecunq; et singula in praedictis, vel circa praedicta, vel praedictorū aliquid tu praefate Vigli, et tui filii feceritis, prout a nobis facta essent, vel a successoribus n̄ris, ex scientia certa n̄ra, ac motu proprio et de plenitudine potestatis n̄rae exnunc prout extunc, et extunc prout exnunc grata, rata, valida et firma, ac perpetua esse, omni et quacunq; exēptione remota tam facti q̄ juris volumus, et censemus, Caesareiq; roboris firmitatem tenere, Expresse etiam decernentes, quod revocari, annullari aut suspendi non debeant, nec possint quodq; libere, et citra aliquod impedimentū, in omnibus terris, Ditionibus, et Principatibus ad Sacrū Romanū imperiū pertinentibus, et mediate, vel immediate ab eo dependentibus tam in Regno Germaniae q̄ in Italia, aliisq; Provinciis, praefatis cōcessionibus n̄ris valide uti pos-

sis, Nolumus insuper hanc gratiam indultū, vel privilegiū nec aliquod in ea vel eo contentu, per aliqua revocationem, annulationem, vel suspensionem similiū privilegiorum generalem, vel specialem nrām, Successorū nrorum revocatum, et annullatū, vel suspensū intelligi, etiam cum clausula derogatoria generali, vel speciali, sed perinde habeatur, ac si esset in corpore juris clausū et esset etiam jure constitutionis concessū, Nulli ergo omnino hominū, Principum, Communitatū, Civitatū, Collegiorū, Universitatū, personarū quarūcunq3, vel locorum liceat hanc nrām creationem, largitionem, concessionem, indultū, Privilegiū, derogationem et gratiam infringere infirmare, aut quomodo libet violare, aut et quovis ausu temerario contraire in iudicio, vel extra aut contra praedicta, vel aliquod praedictorum quovis modo vel ingenio facere, vel (in)venire: si quis autem quid contrariū attentare praesumpserit, nostram et imperii indignationem gravissimam, ac penam Centum Marcharū auri puri, toties quoties contra factū fuerit, se noverit irremissibiliter incursum, (semper in suo robore manente dicta concessione nrā), Quarum medietatem imperiali Fisco seu Aerario nro reliquam vero partem tibi praefato Viglio Consiliario, ac filiis, tuis supra dictis decernimus applicandam, prout per pntes applicamus, & applicatam, esse volumus, Harum testimonio literarum, manu nrā subscriptarum, et Sigilli nrī Caesarei appensione munitarum. Datum in Civitate nrā Imperiali Spira, Die prima mensis Martii, Anno Domini Millesimo Quingentesimo Quadragesimo Quarto, Im-

perii nri vigesimo Quarto, & Regnoru nostrorum
vigesimo Nono ⁴.

(get.) CAROLUS.

^t
U ^s Nanes.



(Van onderen is het diploma gevouwen, en heeft er
welligt een zegel aan gezeten. Aldaar leest men nog:)

Palatinatus in ampliori forma pro Viglio Zuichemo
Consilario.

(Op de keerzijde staat:)

Ad mandatum Caesareae & Catholicae M^{tis} pro-
prium.

J. OBERNBURGER.



⁴ VIGLIUS zelve meldt in *Vita ab ipso scripta*, »Eodem
» quoque tempore (1544) POGGIUS Episcopus Tropiensis ac
» sedis Apostolicae Nuncius Palatinatus Diplomate ipsum
» decoravit." HOYNCK VAN PAPENDRECHT, *Annal. Belg.*,
I, p. 24, XLVIII, en SUFFR. PETR., *De Scriptoribus*
Frisias, Dec. XII, c. 10, p. 333. Was deze de overbren-
ger dier waardigheid? of droeg POGGIUS hem daartoe
voor aan den Keizer? In eenen brief van VIGLIUS aan
zekeren IDZERT, lezen wij: » Ad Regiae quoque Majes-
» tatis officium non pertinet in his Provinciis Comites
» Palatinos creare sed illi, vel a Pontifice vel ab Impe-
» ratore eam auctoritatem accipere consueverunt." HOYNCK
v. PAPENDRECHT, l. l., II, p. 386. Doch dat VIGLIUS
door den Paus en den Keizer te gelijken tijd tot *Comes*
Palatinus verheven werd, is niet waarschijnlijk.

⁵ I. e., V(idi)t.